platano in mundo propter bene=
ficiorum quam infirmantibus
prestat diversitatem. Oleum,
sicut ipse usus nos docet, cibat,
ungit et ~~illinat~~ illuminat. Has olei vir= + ?
tutes beata Elyzabeth exercere
spiritualiter non cessat. Mul=
ti pauperes in hospitali, quod
ipsa fundavit et possessionibus
ditavit, cotidie pascuntur. Pascit
et spiritualiter, quociens pec=
catoribus suis sanctis curacio=
nibus graciam optinet devo=
cionis. Ungit infirmos cum
meritis suis et precibus erigit
elisos, sanat paraliticos,
consolidat claudos, mundat demo=
niosos, et alias quascunque
infirmitatum species curat
et allevat. Cui deus eciam
hanc contulit graciam, ut ce=
cos corpore et corde illuminet. + ?
Qui non diligit, ut ait beatus
Johannes, in tenebris est. Hinc
quisquis graciam primam obti=
nuerit, mente cecum illumi=
nat. Cum beata Elysabeth
non fuit corpore virgo sed vidua)er fuit alio fuerit
et viro cognita, plurimi tan=
tam miraculorum gloriam
in ea mirantur et hoc ideo maxi=
me, quia sciunt infinitas fuisse
et esse sacras virgines tam
in cenobiis quam in habitu secu=
lari, quibus coruscare miraculis
non est concessum. Ad quod ɔcessū nō est
primo loco respondetur, neque